bus, in Regis Exercitibus Ducem Generalem, & in Regalibus Corporis Cuſtodibus Ducem Primum; ut & Illuſtriſſimum atque Excellentiſſimum Dominum Iſidorum Cazado *de* Azevedo *de* Roſales, *Marchionem de* Monteleone, *Vice-Comitum de* Alcazar Real, *in Supremo* Indiarum *Concilio ſuæ Regiæ Catholicæ Majeſtatis Senatorem, & unum ex Nobilibus Regis Cubiculariis: Qui quidem Legati Extraordinarii ac Plenipotentiarii, ad tenorem eorum, quæ facta ſunt, & de quibus in Aulis tam* Londini *quam* Madriti *per Miniſtros utrinque conventum eſt, in Pacis atque Amicitiæ Leges inſequentes conſenſerunt, conveneruntque.*

I.

PAX ſit Chriſtiana, Univerſalis, & perpetua, veráque Amicitia inter Sereniſſimam ac Potentiſſimam Principem, *Annam Magnæ Britannæ* Reginam, & Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem, *Philippum* Quintum *Hiſpaniarum* Regem Catholicum, eorumque Hæredes & Succeſſores, nec non utriuſque Partis Regna, Status, Ditiones, & Provincias ubicunque ſitas, Eorumque Subditos, eaque ita ſincerè ſervetur & colatur, ut neutra pars ad alterius perniciem, vel Detrimentum, ſub quolibet colore, quidquam moliatur, aut molientibus, ſeu quodvis damnum inferre volentibus, ullum auxilium, quocunque nomine veniat, præſtare, aut juvare quâvis ratione poſſit aut debeat. E contra autem tenebuntur Regiæ ſuæ Majeſtates alter alterius Utilitatem, Honorem, ac Commodum promovere, eòque omni Studio Conſilia ſua dirigere, quò mutuis Amicitiæ Documentis Paci nunc initæ nova indies accedant Firmamenta.

Life Guards; and the moſt Illuſtrious and moſt Excellent Lord Iſidore Cazado de Azevedo de Roſalez, *Marquis of* Monteleone, *Viſcount of* Alcazar Real, *Councellor of His Catholick Majeſty in the Supreme Council, one of the Honourable Chamberlains of the King: Which Embaſſadors Extraordinary and Plenipotentiaries have conſented and agreed to the following Conditions of Peace and Friendſhip, to the ſame Effect as thoſe which were made at the Courts of* London *and* Madrid *by Miniſters on each ſide.*

I.

THat there be a Chriſtian Univerſal Peace, and a perpetual and true Friendſhip between the moſt Serene and moſt Mighty Princeſs *Anne*, Queen of *Great Britain*, and the moſt Serene and moſt Mighty Prince *Philip*, the 5th, Catholick King of *Spain*, and their Heirs and Succeſſors, and alſo the Kingdoms, States, Dominions, and Provinces of both Parties, whereſoever ſituated, and their Subjects; and that the ſame be ſo ſincerely preſerved and cultivated, that neither Party do, under any Colour whatever, endeavour to attempt any thing to the Deſtruction or Detriment of the other, or yield any Aid, by what Name ſoever it be called, to thoſe who attempt the ſame, or who endeavour to do any Damage, neither may or ought they to help them by any means. On the contrary, Their Royal Majeſties ſhall be obliged the one to promote the Advantage, Honour, and Intereſt of the other, and to direct their Councils to that end with all Care, that by mutual Proof of Friendſhip, the Peace which is now made, may daily receive new Additions of Strength.

II. Quan-